

MUSIC OF THE SARUM OFFICE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

TOME A.

Fascicule 5.

Pages [197]-[216].

Psalterium.

Feria tertia.

Ad matutinas — ad laudes.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.

THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.

MMVI.

Music of the Sarum Office is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut Grégorien de Canada, 45 Mercer Street, Dundas, Ontario, Canada L9H 2N8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

Music of the Sarum Office is distributed over the internet through .pdf files located at: www.humanities.mcmaster.ca/-renwick/sarum-01.htm

This document first published June 1, 2006.

Revised July 1, 2007; December 1, 2007, January 1, 2008, July 1, 2008.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut Grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

Web site address: www.gregorian.ca


© The Gregorian Institute of Canada, 2006.




¶ *Feria iij. ad matutinas.*

AS:113; 1519:122v; 1519-P:72r; 1531-P:18v.

Invit.
VI.iii.



1095.



Ps. Ve-ní-te. 34.*

A Dómine ne in ira. usque ad quadragesima quando de iij. feria agitur dicitur ad matutinas sequens Hymnus.

1519-P:72r; HS:23r; 1531-P:18v.¹

Hymn.
IV.




8288.



Noctem ca-néndo rúmpimus, Assíste postu-lánti-bus.




2. Aufer te-nébras ménti-um, Fu-ga ca-térvas démonum :



Expél-le somno- lénti-am, Ne pi-gri-tántes óbru-at.



3. Sic Christe no-bis ómni-bus, Indúlge-as cre-dénti-bus :




Ut pro-sit ex-o-ránti-bus, Quod pre-ci-néntes psál-limus.

[Ad purificationem.]



4. Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne, Qui na-tus es de vírgi-ne : Cum




Patre et Sancto Spí-ri-tu, Per sempi-térna sé-cu-la. Amen.

[Vel post purificationem.]



4. Presta Pa-ter pi- íssime, Pa-tríque compar Uni-ce : Cum



Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to, Regnans per omne sé-cu-lum. Amen.

Per estatem Hymnus Nocte surgéntes. [158].

AS:113; 1519-P:72v, 74r; 1531-P:19r.

1. Ant.
I.iv.



5294.

T non de-línquam. *Ps. Dixi Custódiam.*

Psalmus xxxviij.



Dixi Custódiam vias meas : *
ut non delínquam in lingua
mea.

Pósui ori meo custódiam : * cum
consisteret peccátor advérsus me.

Obmútui et humiliátus sum et sílui
a bonis : * et dolor meus renovátus
est.

Concáluit cor meum intra me : * et
in meditatióne mea exardéscet ignis.

Locútus sum in lingua mea : * No-
tum fac michi Dómine finem meum.

Et númerum diérum meórum quis
est : * ut sciam quid desit michi.

Ecce mensurábiles posuísti dies
meos : * et substántia mea tanquam
níchilum ante te.

Verúntamen univérsa vánitas : *
omnis homo vivens.

Verúntamen in imágine pertránsit
homo : * sed et frustra conturbátur.

Thesaurizat : * et ignórat cui con-
gregábit ea.

Et nunc que est expectatió mea
nonne Dóminus : * et substántia mea
apud te est.

Ab ómnibus iniquitatibus meis érué
me : * oppróbrium insipiénti dedísti
me.

Obmútui et non apéruí os meum,
quóniam tu fecísti : * amóve a me
plagas tuas.

A fortitúdine manus tue ego deféci
in increpatiónibus : * propter
iniquitátem corripuísti hóminem.

Et tabéscere fecísti sicut aráneam [19r.]
ánimam ejus : * verúntamen vane
conturbátur omnis homo.

Exáudi oratióne meam Dómine et
deprecatióne meam : * áuribus
pércepe láchrymas meas.

Ne síleas quóniam ádvena ego sum

apud te et peregrinus : * sicut omnes
patres mei.

Remitte michi ut refrigerer prius-
quam abeam : * et amplius non ero.

Psalmus xxxix.

Expéctans expectávi Dóminum : *
et inténdit michi.

Et exaudivit preces meas : * et
edúxit me de lacu miserie, et de luto
fecis.

Et státuit supra petram pedes meos : *
et diréxit gressus meos.

Et immísit in os meum cánticum
novum : * carmen Deo nostro.

Vidébunt multi et timébunt : * et
sperábunt in Dómino.

Beátus vir cujus est nomen Dómini
spes ejus : * et non respéxit in
vanitátes et insánias falsas.

Multa fecísti tu Dómine Deus meus
mirábilia tua : * et cogitátióibus tuis
non est qui símilis sit tibi.

Annuntiávi et locútus sum : *
multiplicáti sunt super número.

Sacrificium et oblatiõem noluísti : *
aures autem perficísti michi.

Olocáustum et pro peccáto non
postulásti : * tunc dixi, Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me ut
fácerem voluntátem tuam Deus meus
vólui : * et legem tuam in médio
cordis mei.

Annuntiávi justítiam in ecclésia
magna : * ecce lábia mea non pro-
hibébo, Dómine tu scisti.

Justíciam tuam non abscondi in
corde meo : * veritátem tuam et sa-
lutáre tuum dixi.

Non abscondi misericórdiam tuam
et veritátem tuam : * a consílio multo.

Tu autem Dómine ne longe fácias
miseratiónes tuas a me : * miseri-
córdia tua et véritas tua semper
suscepérunt me.

Quóniam circundedérunt me mala
quorum non est número : * compre-
hendérunt me iniquitátes mee, et non
pótui ut vidérem.

Multiplicáte sunt super capillos
cápitis mei : * et cor meum derelíquit
me.

Compláceat tibi Dómine ut éruas
me : * Dómine ad adjuvándum me
respice.

Confundántur et revereántur simul : *
qui querunt ánimam meam ut áufer-
ant eam.

Convertántur retrórsus et revere-
ántur : * qui volunt michi mala.

Ferant conféstim confusiõem su-
am : * qui dicunt michi Euge euge.

Exúltent et leténtur super te omnes
querétes te : * et dicant semper
Magnificétur Dóminus qui díligunt
salutáre tuum.


Ego autem mendicus sum et pauper : * Dóminus sollicitus est mei.
Adjutor meus et protector meus tu

es : * Deus meus ne tardáveris.
Glória Patri et Fílio : * et Spirítui Sancto.



T non de-linquam in lingua me-a.

AS:113; 1519-P:74r, 76r; 1531-P:19v.



A-na Dómi-ne Ps. Beátus qui intélliget.

4696.

Psalmus xl.

Beátus qui intélligit super egénium et páuperem : * in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus consérvet eum et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra : * et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum doloris ejus : * univérsium stratum ejus versásti in infirmitáte ejus.

Ego dixi Dómine miserére mei : * sana ánimam meam quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixerunt mala michi : * Quando moriétur et períbit nomen ejus ?

Et si ingrediebátur ut vidéret vana loquebátur : * cor ejus congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur foras : * et loquebátur

in idípsum.

Advérsum me susurrábant omnes inimíci mei : * advérsum me cogitábant mala michi.

Verbum iníquum constituérunt advérsum me : * nunquid qui dormit non adjíciet ut resúrgat ?

Etenim homo pacis mee in quo sperávi qui edébat panes meos : * magnificávit super me supplantatiónem.

Tu autem Dómine miserére mei : * et resúscita me et retríbuaam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluísti me : * quóniam non gaudébit inimícus meus super me.

Me autem propter innocéntiam suscepísti : * et confirmásti me in conspéctu tuo in etérnum.

[19v.]

Benedictus Dóminus Deus Israel a

século et in séculum : * fiat fiat.

Psalmus xli.

Quemádmódum desiderat cervus
ad fontes aquárum : * ita
desiderat ánima mea ad te Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fontem
vivum : * quando véniam et apparébo
ante fáciem Dei ?

Fuérunt michi láchryme mee panes
die ac nocte : * dum dicitur michi
quotídie Ubi est Deus tuus ?

Hec recordátus sum et effúdi in me
ánimam meam : * quóniam transíbo
in locum tabernáculi admirábilis,
usque ad domum Dei.

In voce exultatiónis et confessiós : *
sonus epulántis.

Quare tristis es ánima mea : * et
quare contúrbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc
confitébor illi : * salutáre vultus mei
et Deus meus.

Ad meípsum ánima mea conturbáta
est : * própterea memor ero tui de
terra Jordánis et Hermónii a monte
módico.

Abýssus abýssum ínvocat : * in voce
catharactárum tuárum.

Omnia excélsa tua et fluctus tui : *
super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus miseri-
córdiam suam : * et nocte cánticum
ejus.

Apud me orátio Deo vite mee : *
dicam Deo Suscéptor meus es.

Quare oblítus es mei : * quare con-
tristátus incédo, dum affligit me
inimícus ?

Dum confringúntur ossa mea : *
exprobravérunt michi, qui tríbulant
me inimíci mei.

Dum dicunt michi per síngulos
dies : * Ubi es Deus tuus ?

Quare tristis es ánima mea : * et
quare contúrbas me ?

Spera in Deo : * quóniam adhuc
confitébor illi, salutáre vultus mei et
Deus meus.

Glória.

Ant.



A-na Dómi-ne á-nimam me-am qui- a peccá-vi ti-bi.

Iste psalmus non dicitur ad nocturnos. Psalmus xliij.

Júdice me Deus et discerne
causam meam de gente non
sancta : * ab hómine iníquo et dolóso
érué me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea : *
quare me repulísti et quare tristis
incédo dum afflígit me inimícus.

Emítte lucem tuam et veritátem
tuam : * ipsa me deduxérunt et ad-
duxérunt in montem sanctum tuum
et in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei ad Deum : *
qui letíficat juventútem meam.


Confitébor tibi in cýthara Deus
Deus meus : * quare tristis es ánima
mea et quare contúrbas me.

Spera in Deo : * quóniam adhuc
confitébor illi, salutáre vultus mei et
Deus meus.

Glória Patri et Fílio : * et Spirítui
[Sancto].

AS:113; 1519-P:76r, 78r; 1531-P:20r.

3. Ant.
VI.



2673.

- ructá-vit. Ps. Deus áuribus.

Psalmus xliij.

Deus áuribus nostris audívimus : *
patres nostri annuntiavérunt
nobis.

Opus quod operátus es in diébus
eórum : * et in diébus antíquis.

Manus tua gentes dispérdidit, et
plantásti eos : * afflixísti pópulos et
expulísti eos.

Nec enim in gládio suo posse-
dérunt terram : * et bráchium eórum
non salvávit eos.

Sed délixtera tua et bráchium tuum
et illuminátio vultus tui : * quóniam
complacuísti in eis.

Tu es ipse Rex meus et Deus meus : *

qui mandas salútes Jacob.

In te inimícos nostros ventilábimus
cornu : * et in nómine tuo spernémus
insurgéntes in nobis.

Non enim in arcu meo sperábo : *
et gládius meus non salvábit me.

Salvásti enim nos de affligéntibus
nos : * et odiéntes nos confudísti.

In Deo laudábimur tota die : * et in
nómine tuo confitébimur in séculum.

Nunc autem reppulísti et confudísti
nos : * et non egrediéris Deus in
virtútibus nostris.

Avertísti nos retrórsum post
inimícos nostros : * et qui odérunt

nos diripiébant sibi.

Dedísti nos tanquam oves escárum : *
et in géntibus dispersísti nos.

Vendidísti pópulum tuum sine pré-
cio : * et non fuit multitúdo in com-
mutatió nibus eórum.

Posuísti nos obpróbrum vicinis
nostris : * subsannatió nem et derí-
sum his qui in circúitu nostro sunt.

Posuísti nos in similitúdinem
géntibus : * commotió nem cápitis in
pópulis.

Tota die verecúndia mea contra me
est : * et confúsió faciéi mee cooperúit
me.

A voce exprobrántis et obloquéntis : *
a fácie inimíci et persecúentis.

[20r.] Hec ómnia venérunt super nos nec
oblíti sumus te : * et iníque non égi-
mus in testaméto tuo.

Et non recéssit retro cor nostrum : *
et declinásti sémitas nostras a via tua.

Quóniam humiliásti nos in loco
afflictió nis : * et cooperúit nos umbra
mortis.

Si oblíti sumus nomen Dei nostri : *
et si expándimus manus nostras ad
deum aliénum.

Nonne Deus requíret ista : * ipse
enim novit abscondita cordis.

Quóniam propter te mortificámur
tota die : * estimáti sumus sicut oves
occisió nis.

Exúrge quare obdórmis Dómine : *
exúrge et ne repéllas in finem.

Quare fáciem tuam avértis : *
oblivísceris inópie nostre et tribu-
latiό nis nostre ?

Quóniam humiliáta est in púlvere
ánima nostra : * conglutinátus est in
terra venter noster.

Exúrge Dómine ádjuva nos : * et
redíme nos propter nomen tuum.

Psalmus xliiij.

Ructávit cor meum verbum bo-
num : * dico ego ópera mea
Regi.

Lingua mea cálamus scribe : *
velóciter scribéntibus.

Speciósus forma pre filiis hómi-
num diffúsa est grátia in lábiis tuis : *
proptérea benedíxit te Deus in etér-
num.

Accíngere gládio tuo super femur

tuum : * potentíssime.

Spécie tua et pulchritú dine tua : *
inténde prospere procéde et regna.

Propter veritátem et mansuetúdi-
nem et justíciam : * et dedúcet te
mirábíliter dextera tua.

Sagítte tue acúte : * pópuli sub te
cadent in corda inimicórum regis.

Sedes tua Deus in séculum séculi : *
virga directiό nis virga regni tui.

Dilexisti justiciam et odisti iniquitatem : * propterea unxit te Deus Deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis.

Myrrha et gutta et casia a vestimentis tuis : * a domibus eburneis ex quibus delectaverunt te filie regum in honore tuo.

Astitit regina a dextris tuis : * in vestitu deaurato circumdata varietate.

Audi filia et vide et inclina aurem tuam : * et obliviscere populum tuum, et domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum : * quoniam ipse est Dominus Deus tuus et adorabunt eum.

Et filie Tyri in muneribus : * vultum tuum deprecabuntur omnes

divites plebis.

Omnis gloria ejus filie regis ab intus in fimbriis aureis : * circumamicta varietatibus.

Adducuntur regi virgines post eam : * proxime ejus afferentur tibi.

Afferentur in leticia et exultatione : * adducuntur in templum regis.


Pro patribus tuis nati sunt tibi filii : * constitues eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui Domine : * in omni generatione et generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in eternum : * et in seculum seculi.

Gloria.


Ant.



- ructavit cor me- um verbum bonum.

AS:114; 1519-P:78r, 78v; 1531-P:20v.

4. Ant.
IV.vii.



D-jutor. Ps. Deus noster refugium.

1278.

Ps. xlv.

Deus noster refugium et virtus : * adjutor in tribulationibus que inveniunt nos nimis.

Propterea non timemus dum tur-

babitur terra : * et transferentur montes in cor maris.

Sonuérunt et turbate sunt aque eorum : * conturbati sunt montes in

fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus letíficat civitátem
Dei : * sanctificávit tabernáculum
suum Altíssimus.

Deus in médio ejus non commové-
bitur : * adjuvábít eam Deus mane
dilúculo.

Conturbáte sunt gentes et inclináta
sunt regna : * dedit vocem suam mota
est terra.

Dóminus virtútum nobíscum : *

suscéptor noster Deus Jacob.


Veníte et vidéte ópera Dómini : *
que pósuit prodígia super terram.

Auferens bella usque ad finem terre : *
arcum cónteret et confrínget arma, et
scuta combúret igni.

Vacáte et vidéte quóniam ego sum
Deus : * exaltábor in géntibus et exal-
tábor in terra.

Dóminus virtútum nobíscum : *
suscéptor noster Deus Jacob.

Psalmus xlvj.

 Mnes gentes pláudite mánibus : *
jubiláte Deo in voce exulta-
tiónis.

Quóniam Dóminus excélsus terrí-
bilis : * Rex magnus super omnem
terram.

Subjécit pópulos nobis : * et gentes
sub pédibus nostris.

Elégit nobis hereditátem suam : *
spéciem Jacob quem diléxit.

[20v.] Ascéndit Deus in júbilo : * et
Dóminus in voce tube.

Psállite Deo nostro psállite : * psál-
lite Regi nostro psállite.

Quóniam Rex omnis terre Deus : *
psállite sapiénter.

Regnábit Deus super gentes : *
Deus sedet super sedem sanctam
suam.


Príncipes populórum congregáti
sunt cum Deo Abraham : * quóniam
dii fortes terre veheménter eleváti
sunt.

Glória.

Ant.



D-jú- tor in tri-bu-la-ti- ó-ni-bus.

5. Ant.
VIII.ii.

1533.

U-ri-bus percí-pi-te. *Ps.* Magnus Dóminus.*Psalmus xlvij.*

Magnus Dóminus et laudábilis
nimis : * in civitáte Dei nostri
in monte sancto ejus.

Fundátur exultatióne univérse terre
mons Syon : * látera aquilónis cívitas
regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoscétur : *
cum suscípiet eam.

Quóniam ecce reges terre con-
gregáti sunt : * convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt : *
conturbáti sunt commóti sunt,
tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis : * in
spíritu veheménti cónteres naves
Tharsis.

Sicut audívimus sic vídimus in
civitáte Dómini virtútum, in civitáte

Dei nostri : * Deus fundávit eam in
etérnum.

Suscépi-mus Deus misericórdiam
tuam : * in medio templi tui.

Secúndum nomen tuum Deus sic et
laus tua in fines terre : * justícia plena
est délixtera tua.

Letétur mons Syon et exúltent filie
Jude : * propter judícia tua Dómine.

Circúndate Syon et complectímmini
eam : * narráte in túrribus ejus.

Pónite corda vestra in virtúte ejus, et
distribúite domus ejus : * ut enarrétis
in progénie áltera.

Quóniam hic est Deus Deus noster
in etérnum et in séculum séculi : *
ipse reget nos in sécula.

Psalmus xlvij.

Audite hec omnes gentes : * áuri-
bus percípíte omnes qui habi-
tátis orbem.

Quique terrígene et filii hóminum : *
simul in unum dives et pauper.

Os meum loquétur sapiéntiam : * et
meditátio cordis mei prudéntiam.

Inclinábo in parábolam aurem me-

am : * apériam in psaltério proposi-
tiónem meam.

Cur timébo in die mala : * iníquitas
calcáni mei circúndabit me.

Qui confidunt in virtúte sua : * et
in multitudíne divitiárum suárum
gloriántur.

Frater non rédimet rédimet homo : *

non dabit Deo placationem suam.

Et precium redemptionis anime sue : *
et laborabit in eternum et vivet adhuc
in finem.

Non videbit interitum cum vidérit
sapientes morientes : * simul insipientes
et stultus peribunt.

Et relinquent alienis divitias suas : * et
sepulchra eorum domus illorum in
eternum.

Tabernacula eorum in progénie et
progénie : * vocaverunt nomina sua in
terris suis.

Et homo, cum in honore esset non
intellexit : * comparatus est jumentis
insipientibus et similis factus est illis.

Hec via illorum scandalum ipsis : *
et postea in ore suo complacébunt.

Sicut oves in inferno positi sunt : *
mors depascet eos.

Et dominabuntur eorum justii in

matutino : * et auxilium eorum
veterascet in inferno a gloria eorum.

Veruntamen Deus redimet animam
meam de manu inferi : * cum accé-
perit me.

Ne timueris cum dives factus fuerit
homo : * et cum multiplicata fuerit
gloria domus ejus.

Quoniam cum interiérít non sumet
omnia : * neque descendet cum eo
gloria ejus.

Quia anima ejus in vita ipsius bene-
dicetur : * confitebitur tibi cum
benefeceris ei.

Introíbit usque in progénies patrum
suorum : * et usque in eternum non
videbit lumen.

Homo cum in honore esset non in-
tellexit : * comparatus est jumentis
insipientibus et similis factus est illis.

Glória.

Ant.




U-ri-bus percí-pi-te qui ha-bi-tá-tis orbem.

AS:114; 1519-P:80r, 82v; 1531-P:21r.

6. Ant.
VIII.ii.

2168.



E-us de-ó-rum. Ps. Ipsum.

Psalmus xlix.

Deus deórum † Dóminus locútus
est : * et vocávit terram.

A solis ortu usque ad occásum : *
ex Syon spécies decóris ejus.

[21r.] Deus manifeste véniet : * Deus nos-
ter et non silébit.

Ignis in conspéctu ejus exardéscet : *
et in circúitu ejus tempésta válida.

Advocávit celum desúrsum : * et
terram discernere pópulum suum.

Congregáte illi sanctos ejus : * qui
órdinant testaméntum ejus super sa-
crificia.

Et annunciábunt celi justíciam ejus : *
quóniam Deus judex est.

Audi pópulus meus et loquar Israel
et testificábor tibi : * Deus Deus tuus
ego sum.

Non in sacrificiis tuis árguam te : *
olocáusta autem tua in conspéctu meo
sunt semper.

Non accípíam de domo tua vítulos : *
neque de grégibus tuis hyrcos.

Quóniam mee sunt omnes fere
silvárum : * juménta in móntibus et
boves.

Cognóvi ómnia volatília celi : * et
pulchritúdo agri mecum est.

Si esuriéro non dicam tibi : * meus
est enim orbis terre et plenitúdo ejus.

Nunquid manducábo carnes tau-

rórum : * aut sánguinem hyrcórum
potábo ?

Immola Deo sacrificium laudis : *
et redde Altíssimo vota tua.

Et ínvoca me in die tribulatiónis : *
et éruam te et honorificábis me.

Peccatóri autem dixit Deus : *
Quare tu enárras justícias meas, et
assúmíis testaméntum meum per os
tuum ?

Tu vero odísti disciplínam : * et
projecísti sermónes meos retrórsum.

Si vidébas furem currébas cum eo : *
et cum adúlteris portiónem tuam
ponébas.

Os tuum abundávit malítia : * et
lingua tua concinnábat dolos.

Sedens advérsus fratrem tuum
loquebáris : * et advérsus filium ma-
tris tue ponébas scándalum, hec fecísti
et tácuí.

Existimásti iníque quod ero tui
símilis : * árguam te et státuam contra
fáciem tuam.

Intelligite hec qui obliviscímini
Deum : * nequándo rápiat, et non sit
qui erípiat.

Sacrificium laudis honorificábit me : *
et illic iter quo osténdam illi salutáre
Dei.

Non dicitur ad nocturnos iste psalmus l.

Miserere ꝛ mei Deus : * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum : * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea : * et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco : * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi et malum coram te feci : * ut justificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : * et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti : * incerta et occulta sapientie tue manifestasti michi.

Asperges me ysope et mundabor : * lavabis me et super nivem dealabor.

Auditui meo dabis gaudium et letitiam : * et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis : * et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : *

et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projecias me a facie tua : * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde michi letitiam salutaris tui : * et spiritu principali confirma me.

Docébo iniquos vias tuas : * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis mee : * et exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Dómine labia mea aperies : * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utique : * olocáustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus : * cor contritum et humiliatum Deus non despicias.

Benigne fac Dómine in bona voluntate tua Syon : * ut² edificentur muri Hierúsalem.

Tunc acceptabis sacrificium iusticie oblationes et olocáusta : * tunc imponent super altáre tuum vitulos.

Glória Patri.

Psalmus lj.

Quid gloriaris in malicia : * qui potens es in iniquitate ?

Tota die iniustitiam cogitavit lin-

gua tua : * sicut novacula acuta fecisti dolum.

Dilexisti maliciam super benign-

nitatem : * iniquitatem magis quam loqui equitatem.

[21v.] Dilexisti omnia verba precipitationis : * lingua dolosa.

Propterea Deus destruet te in finem : * evellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo, et radicem tuam de terra viventium.

Videbunt justi et timebunt et super eum ridebunt et dicent : * Ecce homo qui non posuit Deum adiutorium suum.

Sed speravit in multitudine divitiarum suarum : * et prevaluit in vanitate sua.

Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei : * speravi in misericordia Dei in eternum et in seculum seculi.

Confitebor tibi in seculum quia fecisti : * et expectabo nomen tuum quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

Glória.

Ant.



E- us de- ó-rum Dómi-nus lo-cú-tus est.

℣. Immola Deo : sacrificium laudis.

℟. Et redde Altíssimo vota tua.

Ante laudes.

℣. Fiat misericordia tua Dómine super nos.

℟. Quemádmódum sperávimus in te.

☩ *In laudibus.*

AS:115; 1519-P:82v; 1531-P:21v.

1. Ant.

I.iii.



E- cúndum magnam * mi-se-ri-córdi- am tu- am :

4845.



mi-se-ré-re me- i De- us. *Ps.* Miserere mei Deus. (l.) [172].

AS:115; 1519-P:82v; 1531-P:21v.

4683. 2. Ant. VI.



A-lu-tá-re. *Ps.* Júdica me.



Psalmus xlij.

JUdica me Deus et discérne causam meam de gente non sancta : * ab hómine iníquo et dolóso érué me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea quare me repulísti : * et quare tristis incédo dum affligit me inimícus ?

Emítte lucem tuam et veritátem tuam : * ipsa me deduxérunt et ad-duxérunt in montem sanctum tuum

et in tabernácula tua.


Et introíbo ad altáre : * Dei ad Deum qui letíficat juventútem meam.

Confitébor tibi in cýthara Deus Deus meus : * quare tristis es ánima mea et quare contúrbas me.

Spera in Deo quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei et Deus meus.

Glória Patri.

Ant.




A-lu-tá-re vultus me- i De-us me-us.




AS:115; 1519-P:82v; 1531-P:21v.³


1253. 3. Ant. VII.i.



D te de lu-ce * ví-gi-lo De-us. *Ps.* De-us De-us

me-us. (*lxij.*) [5I].

4. Ant.
III.iv.

2079.

Unctis di- é-bus. Ps. Ego dixi.


*[Canticum Ezechie.] Esaie xxxviij.***E**go dixi : * In dimídio diérum
meórum vadam ad portas ínferi.Quesívi resíduum annórum me-
órum : * dixi Non vidébo Dóminum
Deum in terra vivéntium.Non aspíciam hóminem ultra : * et
habitatórem quiétis.Generátio mea abláta est et con-
volúta est a me : * quasi tabernáculum
pastórum.Precísa est velut a texénte vita mea : *
dum adhuc ordírer succídit me.De mane usque ad vésperam finies
me : * sperábam usque ad mane, quasi
leo sic contrívit ómnia ossa mea.De mane usque ad vésperam finies
me : * sicut pullus hyrúndinis sic
clamábo meditábor ut colúmba.Attenuáti sunt óculi mei : *
suspiciéntes in excélsu.Dómine vim pátiior respónde pro
me : * quid dicam aut quid respondé-

bit michi cum ipse fécerim ?

Recogitábo tibi omnes annos meos : *
in amaritúdine ánime mee.Dómine si sic vívitur et in tálibus
vita, spíritus mei corrípies me et vivi-
ficábis me : * ecce in pace amaritúdo
mea amaríssima.Tu autem eruísti ánimam meam ut
non períret : * projecísti post tergum
tuum ómnia peccáta mea.Quia non inférnus confitébitur tibi,
neque mors laudábit te : * non expec-
tábunt qui descéndunt in lacum
veritátem tuam.Vivens vivens ipse confitébitur tibi
sicut et ego hódie : * pater filiis no-
tam fáciat veritátem tuam.Dómine salvum me fac : * et psal-
mos nostros cantábimus cunctis dié-
bus vite nostre in domo Dómini.

Glória.

Ant.



Unctis di- é-bus vi-te nostre salvos nos fac Dómi-ne.

AS:115; 1519-P:83v; 1531-P:21v.


3232. 5. Ant. VI. 


 N excél-sis * laudá-te De-um. *Pss.* Laudáte. (*cxlviiij-cl.*) [53].

Cap. Vigiláte. [176].

A Dómine ne in ira. usque ad xl. quando de iij. feria agitur : dicitur ad laudes sequens Hymnus.


1519-P:83v; HS:24r; 1531-P:21v.

8258. Hymn. I. 


 - les di- é- i núnci- us Lu-cem pro-pínquam pré-ci-




nit : Nos exci-tá-tor ménti-tum : Jam Christus ad vi-tam vo-cat.



2. Auférte clamat léctu-los, Egros sopó-re dé-si-des :



Castíque recti ac sóbri-i, Vi-gi-lá-te jam sum pró-ximus.



3. Je-sum ci- ámus vó-ci-bus : Flentes pre-cántes sóbri-e



Inténta suppli-cá-ti-o Dormí-re cor mundum ve-tat.



4. Tu Christe somnum díscu-te, Tu rumpe noctis víncu-la :



Tu solve peccá-tum ve-tus No-vúmque lumen ínge-re.



5. De-o Pa-tri sit gló-ri-a, E-júsque so-li Fí-li-o : Cum



Spí-ri-tu Pa-rácly-to, Et nunc et in perpé-tu-um. Amen.

℣. In matutínis Dómine [meditábor in te.

℞. Quia fuísti adjútor meus.]

Cap. Vigilate. [176].


Per estatem hymnus, Ecce jam noctis. [178].

[22r.]

℣. In matutínas. [ut supra.]

A:115; 1519:122v; 1519-P:84r; 1531-P:22r.

Ant.
VII.i.



2664.

- réx-it Dómi-nus * no-bis cornu sa-lú-tis in domo

Notes.

Notes, pages [197]-[216].

¹ B \flat may be used. 1519-P:72r. uses the F-clef, which may imply B \flat .

² 1531-P: 21r. and 1519-P:82r. both have “et”. But compare FERIA secunda. [173].

³ 1519-P:82v. sets “vígilo” DCA.B.A.